Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

Iudica iudicium meum et redime me: propter eloquium
tuum vivifica me. Longe a peccatoribus salus: quia
iustificationes tuas non exquisierunt. Misericor-
dia tua multa domine: secundum iudicium tuum vivifica
me. Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testi-
moniis tuis non declinavi. Vidi prevaricantes
et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in mise-
ricordia tua vivifica me. Principium verborum
tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue.
Principes persecuti sunt me gratis: et a ver-
bis tuis formidavit cor meum. Letabor ego
super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abominatus sum: legem
autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi:
super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus
legem tuam: et non est illis scandalum. Expectabam sala-
tare tuum domine: et mandata tua dilexi. Custodiuit